UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Opera Ciceronis Epistolica

Cicero, Marcus Tullius

Lvtetiae Parisiorum, ad Eidus Ianuar. Anno. MDXXII.Calculo Roma

[Epistola ad Augustum]

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-687

Visual Library

ſidio ſuo, Pompeiũ metuit iĩmicũ. ſi nõ iuuerit, timet ne ꝑ vim ꝑferat. Ludos apparat magnificẽtiſſimos, ſic inquã vt nemo ſumptuoſiores. ſtulte bis terqꝫ nõ poſtulatꝰ, vel qa munus magnificum dederat, vel qa facultates nõ erãt, vel qa magiſter, vel qa potuerat magiſtrũ ſe nõ Aedilẽ putare. Omnia fere ſcripſi. Cura mi chariſſime frater, vt valeas. De Gabinio nihil fuit faciendũ iſtorũ, quę amãtiſſime cogitata ſunt. τότε μοι χάνοι. feci ſumma cum grauitate, vt oẽs ſentiãt, & ſumma cũ lenitate, ꝗ feci. illũ neqꝫ vrſi, neqꝫ leuaui. teſtis vehemẽs fui: pręterea quieui. Exitũ iudicii fœdũ, & ꝑnicioſum leuiſſime tuli. Quod quidẽ bonũ mihi nũc deniqꝫ redundat, vt his malis reip. licẽtiaqꝫ audaciũ qua ante rũpebar, nũc ne mouear quidẽ. Nihil eſt em̃ ꝑditius his hominibus, his tẽporibus. Itaqꝫ ex repu. nihil iã cogi poteſt. Cur ſtomacher neſcio. Literę me, & ſtudia noſtra, & otiũ, villęqꝫ delectãt, maximeqꝫ pueri noſtri. Angit vnus Milo, ſed velim finẽ afferat Cõſulatus. In quo enitar, nõ minus ꝗ ſum eniſus in noſtro. Tuqꝫ iſtinc, qđ facis, adiuuabis. De quo cętera (niſi plane vis eripuerit) recte ſunt. de re familiari timeo. ὁ δὲ μαίνεται οὐκ ἔτ᾽ ἀνεκτῶς, qui ludos HS. CCC. cõparet. cuiꝰ in hoc vno conſiderantiã, & ego ſuſtinebo, vt potero, & tu. vt poſſis, eſt tuorũ neruorũ. De motu tẽporũ veniẽtis anni nihil te intelligere voluerã domeſtici timoris, ſed de cõmuni reipu. ſtatu. in quo etiam ſi nihil ꝓcuro, tamẽ nihil curare vix poſſum. Qꝫ autẽ te velim cautũ eſſe in ſcribẽdo ex hoc coniicito, ꝙ ego ad te ne hęc quidẽ ſcribo, quę palã in rep. turbant, ne cuiuſꝗ animum meę literę interceptę offendãt. Quare domeſtica cura te leuatũ volo. In rep. ſcio ꝗ ſollicitus eſſe ſoleas. Video Meſſalã noſtrũ Coſ. ſi ꝑ Interregẽ, ſine iudicio: ſi ꝑ Dictatorem, tamẽ ſine ꝑiculo. odii nihil habet, Hortẽſii calor multũ valebit. Gabinii abſolutio lex impunitatis putatur ἐν παρέργῳ. De Dictatore tamẽ actũ adhuc nihil eſt. Pompeius abeſt. Appius miſcet. Hircius p̃parat. multi interceſſores numerant. populus nõ curat. principes nolũt. ego qeſco. De mancipiis, qđ mihi polliceris, valde te amo: & ſum equidẽ, vti ſcribis, & Romę, & in prædiis infrequens. Sed caue, amabo, qcꝗ, qđ ad meũ cõmodũ attineat, niſi maximo tuo cõmodo, & maxima tua facultate mi frater cogitaris. De epiſtola Vatinii riſi. ſed me ab eo ita obſeruari ſcio, vt eius iſta odia nõ ſorbeã ſolũ, ſed etiã concoquã. Qđ me hortaris vt abſoluã, habeo abſolutũ ſuaue mihi qdẽ, vt videt, ἔπος ad Cęſarẽ, ſed q̃ro locupletẽ tabellariũ accipiat. qđ ego nactus, qd, ſi Cęſare imꝑatore iter ex Gallia tutũ nõ fuit? quid, ſi cæmentũ bonũ non haberẽ, deturbẽ ædificiũ? qđ quidẽ quotidie mihi magis placet: in primiſqꝫ inferior porticus, & eius Cõclauia fiunt recte. De Arcano, Cęſaris opus eſt, vel mehercule etiã elegãtioris alicuius: imagines em̃ iſtę, & palęſtra, & piſcina, & multorũ Philotimorũ eſt, nõ Diphilorum. ſed & ipſi ea adhibebimus, & mittemus, & mãdabimus. De Felicis teſtamẽto tũ magis quererere, ſi ſcias. Duas em̃ tabulas ſe putauit obſignare, in qbus in vnciis firmiſſimũ. Tenes vero lapſus eſt ꝑ errorẽ, & ſuũ & Sicurę ſerui non obſignauit: quas noluit, eas obſignauit. ἀλλ᾽ οἰμωζέτω nos modo valeamus. Ciceronem & vt rogas, amo, & vt meretur, & vt debeo. Dimitto autẽ a me, & vt a magiſtris ne abducã, & ꝙ mater Porcia nõ diſcedit, ſine qua edacitatem pueri ꝑtimeſco. ſed ſumus vna tamen valde multum. Reſcripſi ad oĩa, mi ſuauiſſime, & optime frater. Vale.

Vrſi, ab vrgeo.

Perditius.

Hortenſii calor.

Sorbere.

Concoqui.

Arcanum.

Philotimi nõ Diphili

M. T. CICERO OCTAVIO. S.

SI ꝑ tuas legiones mihi licitum fuiſſet, quę nomini meo, Populoqꝫ Romano ſunt inimiciſſimę, venire in Senatũ, coramqꝫ de repub. diſputare, feciſſem, neqꝫ tam libenter, ꝗ neceſſario. nulla enim remedia quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, ꝗ quæ ſunt ſalutaria. Sed quoniam cohortibus armatis circumſeptus Senatus, nihil aliud vere poteſt decernere, niſi timere, ĩ Capitolio ſigna ſunt, in vrbe milites vagantur, in Campo caſtra ponuntur, & Italia tota legionibus ad libertatem noſtram conſcriptis, ad ſeruitutem adductis, equitatuqꝫ exterarum nationum detinetur, cedam tibi in præſentia foro, curia, & ſanctiſſimis deorũ immortaliũ tẽplis, in qbꝰ reuiuiſcẽte iã libertate, deinde rurſus opp̄ſſa, Senatus nihil conſulit, timet multa, aſſentit oĩa. Poſt ẽt paulo tẽporibꝰ ita poſtulãtibꝰ, cedã Vrbe, quã ꝑ me cõſeruatã, vt eẽt libera, ĩ ſeruitu

te videre nō potero.Cedā vita,q̄,q̄q̄ ſollicita eſt,tñ ſi ꝓfutura eſt reip.bona ſpe poſteritatis
me cōſolat̃.qua ſublata,nō dubitāter occidā.Atq; ita cedā,vt fortuna iudicio meo,nō aīus
mihi defuiſſe videat̃.Illud vero,qđ & p̄ſentis doloris eſt indiciū,& p̄teritę iniurię teſtimo-
niū,& abſentiū ſenſus ſignificatio,nō p̄termittā,quin,qm̄ corā id facere ꝓhibeor, abſens ꝑ
ſim. Siqdē mea ſalus,aut vtilis reip.eſt,aut cōiūcta certe publicę ſaluti.Nā ꝑ Deū immorta
lium fidē(niſi forte fruſtra eos appello,quorū auris,atq; aīus a nobis abhorret)ꝑq; fortunā
Po. Ro.q̄ q̄q̄ nobis infeſta eſt,fuit aliqñ ꝓpitia,& vt ſpero,futura eſt,qs tā expers humanita
tis?quis huiꝰ vrbis nomini,ac ſedibꝰ vſqueadeo eſt inimicꝰ,vt iſta aut diſſimulare poſſit,aut
nō dolere?aut,ſi nulla ratione publicis incōmodis mederi q̄at,nō morte ꝓpriū ꝑiculū vitet?

Nouiſſima M.Antonii facinora.

Nā vt ordiar ab initio,& ꝑducā ad extremū,& nouiſſima cōferā primis,q̄ nō poſterior dies
acerbior priore?& q̄ nō inſequēs hora antecedēte calamitoſior Po.Ro.illuxit?M. Antonius
vir aī maximi(vtinā etiā ſapiētis cōſilii fuiſſet)C.Cęſare fortiſſime,ſed parū feliciter a reip.
dominatione ſemoto,cōcupierat magis regiū,q̄ libera ciuitas pati poterat principatū.Publi
cā dilapidabat pecuniā,Aerariū exhauriebat,minuebat Vectigalia,donabat Ciuitates,ex cō
mētario Dictaturā gerebat,leges imponebat,ꝓhibebat Dictatorē creari legibꝰ.Senatuſcōſul
to ipē repugnabat ī Senatu,Prouīcias vnꝰ oēs cōcupiebat.Cui ſordebat Macedonia ꝓuīcia
quā victor ſibi ſūpſerat Cęſar,quid de hoc ſperare aut expectare nos oportebat?Extitiſti tu
vindex nr̃ę libertatis,vt tūc qdē optimꝰ (qđ vtinā neq; nr̃a nos opinio,neq; tua fides fefelliſ

Auocatis.

ſet)& veteranis in vnū cōductis,& duabꝰ legionibꝰ a ꝑnicie pr̃ię,ad ſalutē auocatis,ſubito ꝑ
pe iā affectā ac proſtratā Rēp.tuis opibꝰ extuliſti.Quę tibi nō ante q̄ poſtulares,maiora q̄ vel
les,plura q̄ ſperares detulit Senatꝰ?Dedit faſces,vt cū auctoritate defenſorē haberet, nō vt
īperio ſe aduerſū armaret.Appellauit Impatorē hoſtiū exercitu pulſo,tribuēs honorē,nō vt

Sua cęde.

ſua cęde cęſus ille fugiēs exercitꝰ te noīaret Impatorē.Decreuit ī foro ſtatuā,locū ī Senatu,
ſummū honorē añ tēpus.Si qd aliud ē qđ dari poſſit,addat.Quid aliud ē maiꝰ qđ velis ſu-
mere?Sin aūt ſupra ętatē,ſupra cōſuetudinē,ſupra etiā mortalitatē tuā tibi ſunt oīa tribu-

Sui.

ta,cur aut īgratꝰ crudeliter,aut īmemor bñficii ſui,ſcelerate circūſcribis Senatū?Quo te mi
ſimꝰ?a qbꝰ reuerteris?cōtra quos armauimꝰ?qbꝰ arma cogitas īferre?a qbꝰ exercitū abducis?
& aduerſus quos aciē ſtruis?Cur hoſtis relinquit̃?ciuis hoſtis loco ponit̃?cur caſtra medio

Propiꝰ vrbem.

itinere lōgiꝰ aduerſariorū caſtris,& ꝓpiꝰ Vrbē mouent̃?O me nūq̄ ſapiētē,& aliqñ,id quod

Meliꝰ eram q̄ erant.

nō erā,fruſtra exiſtimatū:quātū te,Populе Romane de me fefellit opinio?O meā calamitoſā
ac p̄cipitē ſenectutē.O turpē exacta,demētiq; ętate canitiem.Ego P.C.ad parricidiū induxi,

Iunonius puer.

ego rēp.fefelli,ego ipſe Senatū ſibi manꝰ afferre coegi:cū te Iunoniū puerū,& mr̃is tuę par-
tū aureū eē dixi.At te fata pr̃ię Paridē futurū p̄dicabāt:q vaſtares Vrbē īcēdio, Italiā bello:
q Caſtra ī Tēplis deorū īmortaliū,Senatū ī Caſtris habiturꝰ eſſes.O miſerā & ī breui tā cele
rē & tā variā Reip.cōmutationē.Quiſnā tali futurꝰ īgenio ē,q poſſit hęc ita mādare lr̃is, vt
facta nō ficta videant̃ eſſe?Quis erit tāta aī facilitate,q q̄ veriſſime mēoria ꝓpagata fuerint,
nō fabulę ſimilia ſit exiſtimaturꝰ? Cogita em̃ Antoniū hoſtē iudicatū,ab eo circūſeſſū Coſ.
Deſ.eūdēq; Reip.parētē.Te ꝓfectū ad Coſ.liberādū,& hoſtē opprimēdū:hoſtēq; a te fugatū,
& Coſ.obſidiōe liberatū.Deīde paulo poſt fugatū illū hoſtē accerſitū tāq̄ cohęredē mortua
rep.ad bona Po.Ro.capiēda.Coſ.Deſ.rurſum īcluſum eo,vbi ſe nō mœnibꝰ,ſed fluminibꝰ &

†peccare.

mōtibꝰ tueret̃.Hęc qs conabit̃ exponere?qs credere audebit? Liceat ſemel impune†peccaſſe:
ſit erranti medicina cōfeſſio. verū em̃ dicā,vtinā te potius Antoni dominū nō expuliſſemꝰ,
q̄ hūc reciperemꝰ.nō ꝙ vlla ſit optāda ſeruitꝰ,ſed qa dignitate domini minus turpis eſt for

Leuiꝰ malū eligendum

tuna ſerui.In duobꝰ autē malis cū fugiēdū maius ſit,leuius eſt eligēdū.Ille ea tamē ea exora
bat,q̄ volebat auferre. Tu extorques.Ille Cōſul prouinciā petebat.Tu priuatꝰ cōcupiuiſti.
Ille ad malorū ſalutē iudicia cōſtituebat,& leges ferebat.Tu ad ꝑniciē optimorum.Ille a ſan
guine,& incēdio ſeruorū Capitoliū tuebat̃.Tu cruore,& flāma cūcta delere vis.Si q dabat ꝓ
uincias Caſſio,& Brutis,& illis cuſtodibꝰ noīs noſtri,regnabat,qd faciet,q vitā adimit?q ex
vrbe eiiciebat,Tyrānus erat:quē hūc vocemꝰ,q ne locū qdē reliqt exilio?Itaq;,ſi qd illę ma-

Domus æterna.

iorū noſtrorū ſepultę reliqę ſapiūt,ſi nō vna cū corpore ſenſus oīs vno,atq; eodē cōſumptꝰ
eſt igni,qd illis interrogātibus,qd agat nūc Po.Romanus reſpōdebit aliqs noſtrū, q ꝓximus

Octauii ætas & ignobilitas.

ī illā ęternā domū diſceſſerit?aut quē accipiēt de ſuis poſteris nūciū illi veteres Aphricani,
Maximi,Pauli,Scipiones?qd de ſua patria audiēt,quā ſpoliis,triumphiſq; decorarūt?an eſſe
quēdā annos XIIII.natū,cuiꝰ auus fuerit argētarius,adſtipulator pater,vterq; vero p̄cariū

fecerit q̄ſtū,ſed alter vſqꝫ ad ſenectutē vt nō negaret , alter a pueritia,vt nō poſſet nō cōfiteri,eū agere,rapere rēp.cui nulla virtꝰ,nullę bello ſubactę & ad imperiū adiūctę ꝓuincię,nulla dignitas maiorū cōciliaſſet opē potētiū,ſed forma ꝑ dedecꝰ pecuniā,& nomē nobile cōſceleratū impudicitię dediſſet:veteres vulneribꝰ & ętate cōfectos Iulianos gladiatores, egēteis reliquias Cęſaris ludi ad rudē cōpuliſſet:q̄bus ille ſeptus oīa miſceret,nulli parceret, ſibi viueret.Qui tāq̄ in dotali matrimonio rēp.teſtamēto legatā ſibi obtineret.Audiēt duo Decii ſeruire eos Ciueis,q̄ vt hoſtibꝰ īperarēt,victorię ſe deuouerūt.Audiet C.Marius impudico domino parere nos,q̄ ne Militē quidem habere voluit niſi pudicū.Audiet Brutus eū populum,quē ipſe primo,poſt ꝓgenies eius a Regibus liberauit,ꝑ turpi ſtupro datū in ſeruitutem.Quę quidē ſi nullo alio,me tamē internuncio ad illos celeriter deferent.Nā ſi viuus iſta ſubterfugere nō potero,vna cū iſtis vitā ſimul fugere decreui.

SEQVVNTVR DVAE FRANCISCI Petrarchę ad Ciceronē aut eiꝰ manes Epiſtolę: quarū prior falſo exiſtimata eſt aut Pōponii Attici,aut Cornelii Nepotis,cū vtrāqꝫ vir impenſe doctus,& librorū cū nouorū tū veterū excuſſor diligētiſſimꝰ,Paulus Aemilius ob hiſtoriā Frācorū nuꝑ emiſſam ad ſidera vſqꝫ notus,inter Petrarchę lucubrationes oſtenderit. Quas p̄termiſſas.ideo nolui,vt vl' hoc errore lectores liberē,vel defraudatę portiūculę calumnia impſſionē noſtrā:cū alioq̄ parū,niſi ꝙ ſuꝑiori epl'ę prior reſpōdere videat̄,ad rē faciāt.

FRANCISCVS PETRARCHA.M.T.CICERONI.S.

EPISTolas tuas,diu multūqꝫ ꝑq̄ſitas,atqꝫ vbi minime rebar,inuētas, auidiſſime ꝑlegi.Audiui multa te dicētē,multa deplorātē,multa variantē Marce Tulli:& q̄ iāpridē qualis p̄ceptor aliis fuiſſes,nouerā, nūc tādē q̄s tu tibi eēs,agnoui.Vnū hoc viciſſim a vera charitate ꝓfectū,nō iā cōſiliū,ſed lamētū audi vbicūqꝫ es,q̄d vnus poſterorū, tui noīs amātiſſimꝰ,vix ſine lachrymis effundit.O īq̄ete ſemꝑ & anxie,vel vt verba tua recognoſcas,o pręceps & calamitoſe ſenex, q̄d tibi tot cōtētionibꝰ,& ꝓrſum nihil ꝓfuturis ſimultatibus,voluiſti? Vbi & ętati,& ꝓfeſſioni,& fortunę tuę cōueniēs otiū reliq̄ſti?Quis te falſus glorię ſplēdor ſenē,adoleſcētiū bellis implicuit:& ꝑ oēs iactatum caſus ad indignā philoſopho mortē rapuit? Heu & fraterni cōſilii immemor,& tuorum tot ſalubriū p̄ceptorū,ceu nocturnus viator,lumē in tenebris geſtās,oſtēdiſti ſecuturis callē,in quo ipſe miſerabiliter lapſus es. Omitto Dionyſiū,omitto fratrē tuū, ac nepotē: omitto ſi placet,ipm̄ etiā Dolabellā,quos nūc laudibꝰ ad cęlū effers, nūc repētinis maledictis laceras:fuerint hęc tolerabilia fortaſſis.Iuliū quoqꝫ Cęſarē p̄teruehor,cuiꝰ ſpectata clemētia ipſam laceſſentibꝰ portus erat.Magnū p̄terea Pōpeiū ſileo,cū quo iure quodā familiaritatis, q̄dlibet poſſe videbare.Sed q̄s te furor in Antoniū impegit?Amor credo Reip.quā funditꝰ iā corruiſſe fatebaris.Qꝫ ſi pura fides,ſi libertas te trahebat(q̄d q̄dē de tāto viro libet opinari)q̄d tibi tā familiare cū Auguſto?Quid em̄ Bruto tuo reſpōſurus es?Siq̄dē ꝙ,inq̄t,Octauius tibi placet,nō dn̄m fugiſſe,ſed amiciorē dn̄m quæſiſſe videbaris.Hoc reſtabat infelix,& hoc erat extremū tibi Cicero,vt huic ipſi tā laudato malediceres:q̄ tibi,nedū nō malefaceret ſed malefaciētibꝰ obſtaret.Doleo igit̄ vicē tuā amice,& errorū pudet ac miſeret tātorū:iāqꝫ cū eodē Bruto iſtis artibꝰ nihil tribuo,q̄bus te inſtructiſſimū fuiſſe ſcio.Nec mirū.Quid em̄ iuuat alios docere?q̄d ornatiſſimis ſemꝑ verbis de virtutibꝰ loq̄ ꝓdeſt,ſi te interim ipſe non audias? Ah quāto ſatius fuerat,philoſopho p̄ſertim,ī trāq̄llo rure ſenuiſſe,de ꝑpetua illa(vt ipſe quodā loco ais)nō de hac tā exigua vita cogitātē,nullos habuiſſe faſces,nullis triūphis inhiaſſe,nullos noſſe nec īflaſſe tibi aīm Catilinas.Sed hęc q̄dē fruſtra.Aeternū vale mi Cicero.Apud ſuperos,ad dexterā Atheſis in colonia Veronenſiū tranſalpinę Italię.xvi. Calen. Quintiles.Anno ab ortu eius quem tu noueras.M.CCCXL.

Vnus poſterorū,nō ergo Atticus &c.

Secunda eiuſdē epiſtola ad eundem M.Tulliū,eſt laudatoria ingenii & eloquētię eius, meminitqꝫ de libris eiuſdē.

FRANCISCVS CICERONI SVO.

SI te ſuperior offendit epiſtola(verum em̄ eſt,vt ipſe ſoles dicere, quod ait familiaris tuus in Andria:Obſequiū amicos,veritas odiū parit)accipe q̄d offenſum animum ex parte mulceat,ne ſemper odioſa ſit veritas:quoniam veris reprehenſionibus iraſcimur,veris laudibus delectamur. Quandoquidem Cicero(quod pace tua dixerim)vt hō vixiſti,vt philoſophꝰ ſcripſiſti,